



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Maximum & stupendum miraculum sacratissimæ Eucharistiæ sub  
Dionysio Seleuciæ Episcopo. Capvt. LXXIX.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

isti faciam, sed ab hodierna die non ingrediar in domum meam, sed hinc abiens, in monasterium proficiscar. Tunc ait puella ad me: Indue me, sicut inuenisti prius indutam. Cum ve ò illam induissem, rursum se collocans, mortua est. Hæc ego cum ab adolescente audissem, refouens eum, ac erigens verbis, & prouocans ad pœnitentiam, & continentiam, <sup>2</sup> totondi illum, indutumque monastico habitu inclusi in spelunca in monte, magnificè gratias Deo agentem, certantemque viriliter pro anima sua.

1 *Vides in Eucharista esse verum Domini nostri Iesu Christi corpus.*

2 *Ecce quomodo qui monachus fiebat, tondebatur, & nouum induebat habitum.*

*Maximum & stupendum miraculum sacratissimæ Eucharistia sub Dionysio Seleucia Episcopo.*

## CAPVT. LXXIX.

**C**V M venissemus Seleuciam, conuenimus Abbatem Theodorum Episcopum eiusdè ciuitatis. Ille autem narrauit nobis, dicens: Sub sanctæ memoriæ Dionysio huius ciuitatis Episcopo prædeceßore meo, tale quiddam contigit. Vir quidam erat in hac ciuitate negotiator valdè religiosus & diues, sed hereticus. Erat enim de Seneri sectatoribus. Habebat autem seruum fidelem quendam, sanctæ & Apostoli æ Ecclesiæ communicantem. Hic secundum prouinciæ cōsuetudinem, die sancto <sup>1</sup> cœnæ Dominicæ sumptam communionē inuoluit in linteo <sup>2</sup> mundissimo, & in armario reposuit. Contigit autem, vt post sanctum Pascha vir ille fidelis mitteretur Constantinopolim, negocij cuiusdam gratia, dimissa

dimissa per obliuionem sancta communione in  
 armario . Dedit autem eius clauem domino suo .  
 Quadam vero die aperiens armarium dominus, in-  
 uenit linteolum, inuolutasque in eo sanctas parti-  
 culas communionis . Contristatus est autem in hoc  
 & hæsitabat, quidnam de illis faceret . Nam tri-  
 p̄tis communicare nolebat, eo quod essent sancte  
 3 Catholicæ Ecclesiæ, ipse uero Seuerianæ hereticus .  
 Et tunc quidem dimisit eas in armario, ut erat,  
 cogitans quia rediturus esset seruus, & sumpturus  
 eas . Cum autem venisset coena domini, nequid  
 ille fidelis redisset, uoluit eas dominus ipsius con-  
 burere, ne rursus & in secundum annū seruaretur .  
 Apertoque armario, uidit omnes 4 sanctas parti-  
 culas culmos & spicas germinasse . Unde ingenti  
 timore, ac tremore comprehensus in nouo, admi-  
 randoque spectaculo, sumens sanctas particulas, &  
 cum omni domo sua clamans Kyrie eleison, co-  
 currit ad sanctam Ecclesiam, ad sacrosanctum, &  
 venerabilem Dionysium Episcopum . Hoc autem  
 magnum, & terribile, & omnem rationem, om-  
 nemque mentem, & omnem cogitationem exce-  
 dens miraculū, non vnus, aut duo, aut tres, uel  
 pauci aliqui uiderunt, sed omnis Ecclesia, ciues-  
 que, & rustici, indigenæ, & hospites, quique con-  
 nentem ambulant, & qui mare nauigant, uiri, &  
 mulieres, senes, & impuberes, iuuenes, & seniores  
 domini, & serui, diuites, & pauperes, principes, &  
 subditi, sapientes, & simplices, uirgines, & mona-  
 chi, uiduæ, ac nuptæ, qui in potestate sunt consti-  
 tuti, & qui illorum reguntur imperio . Et illi qui-  
 dem clamabant Kyrie eleison, cæteri autem aliter  
 Deum laudabant, omnes uero pariter Deo gratias  
 agebant pro ineffabilibus eius mirabilibus . Pluri-  
 mi igitur ex hoc miraculo credentes adiecti sunt  
 sanctæ

sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ.

1 Dies cœne dominicæ sanctus est.

2 Vides hic nullam fieri mentionē de altera specie, quia etiā tunc vigeat consuetudo cōmunicandi laicos sub vna specie tantū, de qua etiā mentionē facit Conciliū Constantiense.

3 Qui hereticus est, non est communionis sanctæ Catholicæ Ecclesiæ.

4 Et hic in sacra Eucharistia manifestè apparet quanti sit Catholicæ Ecclesiæ communio

Defonte concesso à Deo fratribus monasterij in Scopulo ad orationes Abbatis eorum Theodosij.

## CAPVT. LXXX.

PERVENIMVS ad monasterium Abbatis Theodosij in Scopulo. Est autem mons inter Seleuciam, & Rosum Ciliciæ, patresque loci illius duxerunt nos supra monasterium, quantum est iactus sagittæ, & ostenderunt nobis fontem magnum valdè, ac speciosum, dixeruntque nobis: Fons iste, fratres naturalis non est, sed nobis diuinitus indultus est. Sanctus enim pater noster Theodosius multum ieiunauit, multumque lachrymarum fudit, ac multis orationibus & genuflexionibus obtinuit, vt Deus nobis aquæ istius solatium, & vsū prestare dignaretur. Ante enī ex torrente patres nostri aquā hauriebāt. Sed Deus, qui facit voluntatē timentium se, sua infinita bonitate præstitit nobis aquæ istius refrigeriū per orationes sancti patris nostri. Verū ante hoc biennium, quidam ex fratribus petierunt à patre monasterij, vt lauachrū ædificaret in monasterio. Abbas autē grauer id quidē ferebat, cessit tamē, fratrū infirmitati cōdescendēs. A edificatū est igitur lauachrū in monasterio semelq; tantummodo lauatum est in eo,

CUM